



# Methodvs conscribendi epistolas

<https://hdl.handle.net/1874/400645>

See 3

# METHO=

DVS CONSCRIBENDI

*epistolas per Christophorum He-*  
*gendorphinum.*

EIVSDEM DRAGMATA LO-  
*corum tum Rhetoricorū, tum Dialecticorū,*  
*cum exemplis ex optimis quibusq; autoribus.*  
Eiusdem exempla *staus coniecturalis, finitini,*  
*qualitatis.*



P A R I S I I S

*Excudebat Christianus Wechelus, sub sacro*  
*basiliensi, in uico Iacobaeo. Anno*

M. D. XXXI,

CHRISTOPHORVS HEGEN<sup>o</sup>  
 dorphinus Laurentio Czoeh disci-  
 pulo suo S. D.



N iterum prodit opusculum istud de  
 conscribendis Epistolis & renatum  
 & auctum. Tibi uerò, mi Lauren-  
 ti, nuncupatur, ut qui à me unice  
 amaris, mei quoque erga te amoris  
 ἐν ἀμνησιν habeas. Tu uerò in literas & Græcas  
 & Latinas, ut soles, gnauiter incumbere. Nec te de-  
 terreat, q̄ hoc seculo tam literæ quàm literati con-  
 temptui sint. Redibit, crede mihi, redibit suus honor  
 & literis & literatis, nam omnium rerum uicissitu-  
 do est, τῆς δ' ἐπ' ὑσέσσω χρόνον τὰ τριτωνὰ πικ-  
 ρὰ γίνεται, καὶ ἀντὶς εὐλα, ut inquit Sopho-  
 cles. Vale,

# Q V I D S I T

EPISTOLA.

**E**ST sermo absentis ad absentem.

Q V V R I N V E N T A.

Vt faceremus certiores absentes, si quid esset  
 quod eos scire, aut nostra, aut ipsorum interesset.  
 Autor Cicero libro Epistolarum. ij.

Genera

MODVS CONSCR. EPIST. 3  
GENERA EPISTOLARVM.  
Epistole aut sunt Demonstratiue, aut Suasorie,  
aut Iudiciales.

DEMONSTRATIVVM

Genus Epistolæ

Constat, & laude, & uituperio Personarum, Fa-  
ctorum, Rerum.

Persona  
laudatur à

Natalibus  
Pueritia.  
Adulescentia.  
Iuuentia.  
Senectâ.  
Morte:

Laudari potest persona et ab animi bonis, id est,  
uirtutibus: à corporis bonis, à ualetudine, dignita-  
te, uiribus, uelocitate. Denique ab extraneis, hono-  
re, pecunia, affinitate, amicitia, potentia, patria.

SIC LAUDATURVS

Annibalem, scribere potes.

Annibal natus est patre Amilcare uiro fortissimo,  
& cum iam esset annorū nouem, fama est eum pue-  
riliter blandienti patri, ut duceretur in Hispaniam,  
quā perfecto Africo bello, exercitiū eò traiecturus  
sacrificaret, altaribus admotū, factis sacris Iureiurā-  
do adactum, se quum primum posset, hostem fore po-  
pulo Romano. Missus Annibal in Hispaniam, pri-  
mo statim aduentu, euntem exercitum in se cōuertit,  
Amilcarem uiuentem redditum sibi milites credebant.

A ij Ingo

#### 4 MODVS CONSCRIBENDI

Ingenium eius ad res diuersissimas, parēdum & imperandum, habile erat. Saguntū Romanis foederatū intra sex menses euerit: Alpius patefactis in Italiam traiecit. P. Scipionem apud Ticinū, Sempronium apud Trebiā, Flaminiū apud Trasimenū superauit &c. Deniq; quum nemo per omnia sit sc̄elix, à Scipione superatus ad Antiochum regem Syriæ confugit: quo uicto, ad Prusiam Bithyniæ regem cōcessit: unde Romam repetiturus, hausto quod sub anuli gemma habebat ueneno, absumptus est.

#### EXEMPLA LOCORUM aliorum.

Cicero lib. Epistolarum quarto. Epistola quæ incipit, Accipio excusationem.

Seruus tuus, uel potius noster, summa me obseruantia colit, cuius ego cum omni probitate, summaq; uirtute, tum studijs, doctrinaq; delector &c.

#### CICERO LIB. EPISTOLARUM

nono, Epistola: Et si contentus.

Nihil enim, mihi crede, uirtute formosius, nihil pulchrius, nihil amabilius. Semper amaui, ut tu scis, Marcū Brutū, propter eius summū ingenium, suauissimos mores, singularem probitatem, atq; cōstanciam &c.

#### PLINIUS IUNIOR

Mauricio suo salutem.

Petis ut fratris tui filiæ prospiciam maritum, quod meritò mihi potissimū iniungis. Scis enim quātopere summum illum uirū semper suspexerim dilexerimq; quibus

quibus ille adulescentiam meam exhortationibus fo-  
 uerit: quibus etiam laudibus, ut laudandus uiderer,  
 effecerit: nihil est quod à te mandari mihi, aut ma-  
 ius, aut gratius, nihil quod honestius à me suscipi pos-  
 set, quam ut eligam iuuenem ex quo nasci nepotes  
 Auruleno Rustico deceat: qui quidem diu quæredus  
 fuisset, nisi paratus & quasi prouisus esset Muni-  
 tius Acilianus, qui me, ut iuuenis iuuenem (est enim  
 iunior pauculis annis) familiarissimè diligit, reueretur  
 ut senem: nam ita à me informari & institui cupit,  
 ut ego à uobis solebam. Patria est ei Brixia, ex illa  
 nostra Italia, quæ multum adhuc uerecundiæ, fru-  
 galitatis, atque rusticitatis retinet ac seruat. Pater  
 Municius Macrinus equestris ordinis princeps, quia  
 nihil altius uoluit, adlectus à diuo Vespasiano inter  
 prætorios, honestam quietem huic nostræ ambitioni di-  
 cam, an dignitati? constantissimè prætulit. Habet a-  
 uiam maternam Serrana Proculam, è municipio Pa-  
 tauino: nosti loci mores, Serrana tamen Patuini  
 quoque seueritatis exemplum est. Contigit & aui-  
 culus ei P. Acilius, grauitate, prudentia, fide propè  
 singulari. In summa, nihil erit in tota domo, quod  
 non tibi tanquàm in tua placeat. Aciliano uerò ipsi plu-  
 rimum uigoris, industriæ: quiq; in maxima uerecun-  
 dia, Quæsturam, Tribunatū, Præturam honestissime  
 percurrit, ac iam pro se tibi necessitatem ambiendi  
 remisit. Est illi facies liberalis, multo sanguine, mul-  
 to rubore suffusa. Est in genua totius corporis pul-

## 6 MODVS CONSCRIBENDI

chritudo, & quidam senatorius decor, quæ ego nequaquam arbitror negligenda. Debet enim hoc castitati puellarum quasi præmium dari: nescio an adiciam esse patri eius amplas facultates &c.

Iidem loci sunt uituperij. Nã & à natalibus obscuris, pueritia tarda, adulescentia stertente, malitiosa, iuuenta ignaua, senectâ inopi, morte ignominiosa uituperantur personæ. Exempla suppeditabit frequens lectio epistolarum & Ciceronis & Plinij.

## GENVS DEMONSTRATIVVM

Epistole ipsius facti.

In hoc facta laudamus & uituperamus.

## LOCI CONFIRMATIONIS SVNT:

Honestum, utile, facile, pium, iustum &c.

## E X E M P L V M,

Multa sunt Romanorum præclara facinora, sed hoc facile clarissimum est, quod P. Decius pro salute exercitus Romani se dijs manibus uliro deuouerit: nam quid honestius & sibi priuatim, & publice omnibus facere potuisset? Priuatim, quod non parui animi sit, mortem oppetere: uitam, qua nihil charius homines habent, tam lubens ponere? Neque uerò id temere fecit, sed admonitus somnio, seu potius diuino adflatu se deuouit. Publicè uerò, quod non potest non honestum esse, quod uir bonus pro salute patriæ molitur. Age uerò quot commoditates hoc suo facto attulerit uide: Duces optimosque seruauit: Exercitum uictorem domum remisit: Roma

nis eternam gloriam peperit, se denique à mortalitate uindicauit. Pater patrie iure suo dici potest. Quid uerò commemorem, quàm difficile hoc factu fuerit? Nemo non hominum amat uitam, hæc si ponenda est, dolemus quantumuis simus fortes. Vir tamen ille, quum uideret sua uita Reip. salem periclitaturam, maluit Rempu. quam se incolumem.

## A L I V D.

Quòd ducentos ducatos ad ludum literarium erigendum dedisti uehemèter laudandum censeo. Quid enim honestius, quàm de literis bene mereri? quid magis pium, quàm bonorum iuuenum studia in urbe alere? Porro si Demosthenes essem, commoda facti tui, quid dicam exornare? uix enumerare possem. Principiò uide tua priuata commoda, laudaberis donec ulle ciuitatis reliquiæ superfuerint: tum, quum nemo non morti obnoxius sit, hoc tuo beneficio te à morte afferes: ut qui semper in hominum pectoribus, in monumentis eruditorum uicturus sis. Non enim ingratae sunt literæ, immortali præconio ornant suos instauratores. Porro ecquam putas multos insigniter eruditos iuuenes uelut ex equo, quod aiunt, Troiano, è ludo ista prodituros? Et quum Plato, Beatas Respub. dixerit, quas aut philosophi gubernarent, aut in quibus gubernatores philosopharentur, beatissima erit Respub. tua, quæ à tot eruditis uiris gubernabitur, idque beneficio tuo &c.



**S** **M** **O** **D** **V** **S** **C** **O** **N** **S** **C** **R** **I** **B** **E** **N** **D** **I**  
**G** **E** **N** **E** **R** **I** **S** **D** **E** **M** **O** **N** **S** **T** **R** **A** **T** **I** **V** **I**

*Epistolæ.*

Cuius loci sunt, honestum, utile, facile, difficile. Honestas, rerū antiquitate, miraculo rei, inuētoribus tractatur. Vtilitas spargitur in multa, cum circumstantijs docemus, quibus, quando, ubi, cur res sit utilis.

**E** **X** **E** **M** **P** **L** **V** **M**.

Theologia meritò omnibus literarum studijs præponitur, ut quæ antiquissima est, & quam inuenit ð ðeòs, cuius nec principium nec finis est, quam ut mundo palàm faceret, Christum de coelo demisit. Hic eam per prædicationem & suam & Apostolorum, in totum orbem terrarū enunciauit. Comoda Theologiæ, conscientie tranquillitas, iustificatio nostri, uita æterna, unicum propugnaculum aduersus peccatum, mortem, Diabolum. Facilitas, Si enim temet ipsum abneges, si de te desperes, adest spiritus itale Domini, & sine negotio te in penuria sua perducit.

**H** **V** **C** **R** **E** **F** **E** **R** **D** **E** **S** **C** **R** **I** **P** **T** **I** **O** **N** **E** **S**

Regionum, quæ } Ducibus, regibus,  
laudantur à } Urbium frequentia,  
} Celebritate, copia annonæ,  
} Tuto transitu.

Exemplū est & apud Pliniū lib. iij. cap. quinto. Vbi Italiam sic laudibus tollit: iam uerò tota ea uitalis, ac perennis salubritatis cœli temperies est, tā fertiles campi, tam aprici colles, tam innoxij salus, tā  
opaca

opaca nemora, tam munifica sylvarum genera, tot  
montium adflatus, tanta frugum & uitiū olearūq;  
fertilitas, tam nobilia pecori uellera, tam opima tau-  
ris colla, tot lacus, tot annuum fontiumq; ubertas totā  
eam perfundens, tot maria, portus, gremiumq; terra-  
rum commercio patens undiq; & tanq̄ ad iuuandos  
mortales ipsa auida, in maria procurrens &c.

Urbium, quæ  
laudantur à

Repub. Senatu, populi frequentia,  
bellicositate, ciuium urbanitate, cō-  
cordia, domorum magnificentia, re-  
rum uariarum copia non ita magno  
parabili, ab aëre, à uicinia, uilla

Verg. pri. Aeneidos

Urbs antiqua fuit, Tyrij tenuere Coloni  
Carthago, Italiam contra, Tyberinaq; longe  
Hostia, diues opum, studijsq; asperrima belli

Plinius lib. iij. cap. quinto, Romā sic laudat: Urbs  
Roma uel sola, quo tandē narrari debet opere &c.

Aedificiorum, quæ  
laudantur ab

Atrio  
Magnitudine  
Figura  
Cubiculis  
Conclauibus  
Situ  
Prospectu  
Vestibulo  
Penetralibus  
Triclinijs

Exem

16 MODVS CONSCRIBENDI

Exemplum habes apud Plinium libr. Epistolarum quarto, Epistola ad Gallum.

Homerus lib. Iliæ. sexto domū Priæ sic describit ;  
 ΑΛΛ' ὅτε Δὴ πριάμοιο Δόμορ πῆκ' ἀλλ' ἴκανε  
 κείσῃσ' ἀιδῶσσι τετυγμένον, αὐτὰρ ἐμ' αὐτῶσ'  
 Πεντήκοντ' ἔνεσσαν θάλαμοι ζέσοιο λίθοιο  
 Πλησίον ἀλλήλων Δεδ' μνημένοι, ἔνθα δ' εἰ παῖδες  
 Κοιμῶντο πριάμοιο πῆρ' ἀμνησῷ ἀλόχοισι :  
 κδρ' ἄωρ δ' ἑτέρωθεν ἐναυτίοι ἐνδοθεν αὐλῆς  
 Δώδεκ' ἔσαν τέγιοι θάλαμοι ζέσοιο λίθοιο.

HOC EST.

Sed cum iam ad Priami domum ualde pulchram uenisset, politis parietibus fabricatam: in ipsa autē quinquaaginta inerat thalami de polito lapide, promp̄e inter se cōstruētū, ubi filij dormiebāt Priami propter desponsatas uxores: filiarū uerò ex altera parte ē regione intra aulam duodecim erant sublimes lecti de polito lapide &c.

Fluminum quæ  
 laudantur

Ab amplitudine, à cursu, colore, ortu: nimirum unde nascentur, locis quæ præterfluunt, quæ influunt.  
 Agris, nemoribus quæ irrigant, piscium genere.

Exemplum inuenies apud Plinium libr. quinto, capite nono, ubi Nilum describit.

Verg. libro secundo Aeneidos. Leni fluit agmine Tybris. Ecce à cursu Tyberim laudat.

Plinius

Plinius lib. quinto cap. uigesimo octauo. Annis Indus in Cybiratarū iugis ortus, recipit sexaginta pennis rennes fluuios, torrentes uerò amplius centum &c.

Agrorum, qui laudantur ab his :   
 { Quid ferant, quantum, quo ritu colantur, cuiusmodi cultores habeant.   
 { Quod arborū genus, quod uinum proferant.

Huc refer laudes amœnitatum ruris.

Horatius lib. Epistolarum 1. Epistola ad Faustum,   
 Nouisti ne locum potiore rure beato?   
 Est ubi plus tepeant hyemes &c.

Montium, qui laudantur à   
 { Radicibus   
 { Si quid habeant nouum   
 { Quid prodigiosum   
 { Quid memorabile.

Plinius libro tertio capite octauo. Actna mons non Eturnis mirus incendijs.

Verg. libr. iij. Aeneidos.

Ipse sed horrificis iuxta sonat Actna ruinis,   
 Interdumque atram prorumpit ad æthera nubem,   
 Turbine fumantem picco, & candente fauilla,   
 Attollitq; globos flammaram, & sydera lambit:   
 Interdum scopulos, enulsaq; uiscera montis   
 Erigit cructans.

GENERIS DELIBERATIVI

Epistole.

In hoc suademus aliquid aut dissuademus.

Cuius

12. MODVS CONSCRIBENDI  
CVIVS LOCI SVNT

Honestum, utile, possibile, necesse, facile, iucundum, pi-um, iustum, æquum, gloriosum. Porro honesti ratio in uirtutibus sita est. Proinde si honesti fontes scire uis, necesse est ut uirtutum singularum rationes teneas, quas ex primo officiorum libro perdisces. Ceterum de utilitate suprâ diximus. Necesse est, ut inquit Cicero, sine quo salui esse non possumus.

Aliqui hos locos recensent:

Laudem, gloriam, fidem, iustitiam, quæstum, emolumentum, fructus.

Hi uerò loci cum superioribus re ipsa conueniunt.

EXEMPLVM

SVADET AMICVS AMICO

ut iuri Ciuili nauet operam.

Audio te, uir optime, tecum inire rationem, cuius studiorum generi te tradas. Tu uerò si amici consilium admittis, suadeo ut animum tuum ad iuris Ciuilis scientiam adiungas. Quid enim honestius hoc studio, aut dici, aut fingi potest? hoc poteris succurrere oppresso, iudicare pupillo, defendere uiduam. Quid porro necessarium magis? Tolle è medio ius Ciuile, & omnes urbes subuerteris, omnes Rerumpub. formas confuderis. Non opinor ignoras quid dicat Cicero in oratione pro Cluenio: Quòd hoc uinculum sit ciuitatis, hoc fundamentum libertatis: ut enim corpora nostra sine mente, ita ciuitas sine legibus, suis  
par

partibus, & nervis, & sanguine, & membris uti non potest. Audi uerò quid dicat idem Orator pro Cecinna: Nihil in ciuitate, inquit, tam diligenter retinendum, quàm ius Ciuile: quo sublato, nihil cuiq; exploratum esse potest, quid suum, quid alienum sit. In hoc enim incumbit ius Ciuile, ut optime ciuitas cõstituat, Alcimoo autore. En habes Iuris Ciuilis necessitatem. Iam uerò quantum adferat ijs, qui ei præ sunt, honoris, gratiæ, dignitatis, quis ignorat? & ut alios omittam, quantum splendoris ars hæc Mutio Scæuolæ attulit? ut cuius domus uerum oraculū ciuitatis Romanæ dicta est. Sabinus quidā uir angustæ rei familiaris propter iuris Ciuilis studiū, à Tyberio Cæsare in equestrem ordinē, iam grandis natu, & ferme quinquaginta annorū, exceptus est. Caius Cassius Longinus sub eodē Tyberio in maximo honore habitus est: sub Claudio præfectus Syriæ creatus. Quòd si quæstum quoq; ambis, nulla est ars quæstuosior, id quod uersiculus ille, licet in syllaba uera uulgo uitiosus, satis arguit: Dat Galenus opes, & sanctio Iustini. Quid quòd re ipsa uides nullū quantūuis mediocriter iuris peritū, rei familiaris inopia laborare? Nec uerò est quæ te difficultas deterreat, studiū istud admodū facile est, si quis illud disciplinis alijs instructus adeat. Tu uerò cū sis linguarū callētissimus, facundia faciūtor, memoria uiuacissima præditus, quid obsecro difficultatis sensurus es? Accedit huc q, totū istud ius in certos, nec illos innumeros libros relatiū est.

## 14<sup>o</sup> MODVS CONSCRIBENDI

est, quod si perdidiceris, (Perdisces uerò, si ingenium intenderis) tamum non alter Scauola futurus es. Hic quoq; cerium aliquem scriptorem elige, nec fac ut plerique faciunt, qui iam illius, iam istius auctoris interpretamenta sequentes, & ipsi incerti sunt quos sequantur, et auditores multo incertiores abeunt. Denique est mira quaedam in cognoscendo iure civili suauitas et delectatio. Nam (ut Ciceronis uerbis utar) si quem aliena studia delectant, plurima & in omni iure Ciuili & in politica libris, & in duodecim tabulis antiquitatis effigies, quod & Romanorum prisca uetustas cognoscitur, & actionum genera quaedam maiorum consuetudinemque declarat. Age igitur, cum iuris Ciuilis studio nullum sit honestius, nullum magis necessarium, nullum utilius, facilius, denique iucundius, Corcebo (quod aiunt) stultior eris, si non ad hoc studium animum tuum appuleris. Vale.

### CONTRARIJ LOCI SVNT.

In dissuadendo,

Inhonestum, inuile, difficile, non necessarium, impium, periculosum, impossibile.

### E X E M P L V M.

Dissuadet amicus amico ne mercaturæ studeat.

Licet amicorum mellitissime, ipsemet consilio uales, tamen cum te plurimum amem, non possum non quid ego de tuo instituto sentiam apud te exprimeret: Rumor est te mercaturæ uacare uelle, quod ne facias, suadeo. Principio non potest per opes tuas fieri ut copiosam mercaturam instruas: Mercatura  
autem

autem (ut inquit Cicero) si tenuis est, sordida putanda est. Sordidi enim putantur, qui mercantur à mercatoribus quod statim uendant. Nihil enim proficiunt nisi admodum mentiantur: nec uerò quicquam turpius est uanitate. hæc ille. Porro pone ob oculos pericula quæ tibi ingruent, ubi iam huc, iam illuc, uel pedes, uel eques proficiſceris: si quid pecuniarum in zona tecum gestaueris, nulle insidiæ tibi tententur: si merces aliquas cõmeris, iam uel in mari intercident, uel in uia pedestri à latronibus interceptentur. Taceo imbres, tonitrua, grandines, quæ tibi iam huc, iam illuc proficiſcenti imminēbunt. Omitto laborem emendi, uehendi domum: has, inquam, malorum liadas reputa, & mirum ni cane peius & angue mercaturam oderis. At quæstus forsitan tibi arridet. Verum heus tu, quàm quæso sordidus est? quàm impius? Siquidem tu res minoris emis, ut pluris fratri tuo uendas. En quàm pius quæstus. Quid uerò si aliquando cum merce una aut altera, tantum iacturæ acceperis, quantum in multis non resarcire potes? Quid uerò ubi nõ semp pecunia præſente emere poteris, & maioris emes, quàm reuendere unquam queas? Quid si aliquando unam rem plures alij emerint, & tua tibi domi maneat? Vbi tunc manebit quæstus? Denique quæ necessitas, si Dijs placet, Diomedæa te ad mercaturam adigit, an non literas tenes, quæ unæ te quocumque terrarum ueneris alere poterunt? quæuis enim terra alit

artem



16. MODVS CONSCRIBENDI

artem. Ecquid nō potius te ad certum aliquod studiorum genus transfers? uel medicinam, uel si manus, etiam Iuris prudentiam? hac sanè uia citius ad honores, quorum scio te esse famelicū, ad opes quas ambis, prouehēris. Proinde, si me amicū uis, aliò institui tui uela uerte.

EXEMPLVM DISSVASORIE  
orationis habes apud Cice. septima Philip.

Ad hoc genus Epistolæ refer Epistolam.

Conciliatricem  
Exhortatoriam.  
Dehortatoriam  
Petitoriam  
Commendatoriam  
Consolatoriam

Conciliatrix Epistola est, qua conciliamus uel nosmetipsos alijs, uel alios alijs.

Loci sunt ijde qui suasorie Epistolæ, dicimus honestum esse ut irā, simultatē, odiū deponant: siquidem fortium uirorum esse seipsos uincere dicimus. Impium esse Christianū cum Christiano dissidere, quū utruq; Christus suo sanguine cōiunxerit. Ipse enim est pax nostra. Ostēdimus multa incōmoda, quæ ex mutuis illis odijs, simultatibus gliscant: facile uerò eos posse recōciliari docemus, si modo utrinq; quicquid ultrò citroq; molestiarū sit animo, expuerint: nos et alios bonos uiros, quod æquum sit utriq; pronunciaturos.

EXHORTATORIE quoq; & dehortatorie loci sunt, qui suasorie, & dissuasorie.

Erasmus

Erasmus hos locos enumerat,

Laudem } Rei, ut si res pia, honesta, iucunda,  
 } gloriosa. &c. sit.  
 } personæ,

Spem bonorum. Odium inimicorum.  
 Metum malorum. Commiserationem.  
 Amorem eorū, quorum Aemulationem.  
 gratia res aliqua subitur. Expectationē inimicorū.

Exemplum apud Erasmmum offendes.

Cic.li.Epist.ij.Epistola quæ incipit,Epistolarū.&c.

Est enim tibi grauis aduersaria constituta, & parata incredibilis quædam expectatio, quam tu una re facillimè uincas, si hoc statueris, quarum laudum gloriam adamaris &c.

### C. PLINIUS OCTAVIO

Suo S. D.

**H**ominem te patientem, uel potius durū ac penè crudelē, qui tā insignes libros tandiu teneas: quousq; & tibi, & nobis inuidebis? tibi maximā laudē, nobis uoluptatē? Sine per ora hominū ferantur, iisdemq; quibus lingua Romana, spacijs peruagētur: magna etiā longaq; expectatio est, quā frustrari adhuc, & differre non debes. Enotuere quidā tui uersus, et inuito te claustra tua fregerūt: hos nisi retrahes in corpus quandoq; ut erroneas, aliquē cuius dicantur inuenient. Habe ante oculos mortalitatē, à qua asserere te hoc uno monumēto potes. Nā cætera fragilia, & caduca, non minus quàm ipsi homines

## 18 MODVS CONSCRIBENDI

occidunt, desinuntq̄. Dices ut soles, amici mei uideantur: opto equidem amicos tibi tam fideles, tam cruditos, tam laboriosos, ut tantum curæ, intentionisq̄ suscipere, et possint, & uelint, sed dispice ne sit parũ prouidũ, sperare ex alijs quod tibi ipse non praestes: & de editione quidem interim, ut uoles: recita saltem, quo magis libeat emittere, utq̄ tandem percipias gaudium, quod ego olim pro te non tenere praesumo. Imaginor enim qui concursus, quæ admiratio te, qui clamor, quod etiam silentium maneat, quo ego, cum dico, uel recito, non minus quàm clamore delector. Sit modo silentium acre, & intentum, & cupidum ulteriora audiendi: hoc fructu tanto, tam parato, desine studia tua infinita ista cunctatione fraudare, quæ cum modum excedit, uerendum est ne inertie, & desidia, uel etiam timiditatis nomen accipiat.

## EXEMPLVM EPISTOLAE

## Dehortatorie.

Bella uerò res est, quòd tu, ut audio, dies noctesq̄ ebrietati dedius es: an non uides quàm turpis res sit, quàm homine indigna? Etenim homo una ratione cæteris animantibus antecit: Hæc uerò, uimi iuxta & cereuisiæ ingurgitatione adeò obruitur, ut ex homine porcus quidam Acarnanius reddatur. An nõ uerò te ab ebrietate deterrent tot malorum agmina, quæ Plinius libro decimoquarto recenset? Hinc, inquit, pallor & genæ pendule, oculorum ulcera, tre

muls

multa manus, effundētes plena uasa, et furiales sona-  
ni, & inquires nocturna: hæc ille. Et quid obsecro  
inimici tui, qui tuā uitā adeò obseruant, dicturi sunt?  
Imò quid et amicissimi tui dicēt? En hic nos ab ebrie-  
tate auocare deberet, nemo est qui illam impensius  
amet, & colat. Quid huic credemus, qui semper e-  
brius est? Ebrij uerò non rarò cū Parmenone Terē-  
tiano nihil tacere possunt, quāliūuis arcanum, quan-  
tumuis bona fide illis creditum. Tu, si sapias, uide so-  
brius magis posthac quā ebrius conspiciaris. Vale.

## PETITORIA.

Petimus honesta, utilia, facilia & factu, & præ-  
stita possibilia, necessaria.

## EXEMPLVM.

Petit amicus sibi decem aureos mutuò dari.

Quod ego tibi ultro deferrē, si facultatū meariū  
esset, id non dubito quin & tu mihi libēs delaturus  
sis, mi Petre. Opus est mihi decem aureis, quos oro ut  
mihi des mutuò: non dici potest, q̄ illis egeā. Etenim  
domi ne obulus quidem amplius mihi est: & ut scis,  
mihi multi sum liberi, multæ operæ, quibus uictus supra  
peditandus est: non quærunt unde habeas, sed oportet  
habere. Neq; uerò tibi homini tantū non cū Croe-  
so conferēdo, difficile factu erit, decē aureos, homi-  
nis et egenis & amici usibus exponere. Tu sanè nō  
decem, sed ducentos citra tuarū rerum dispendium,  
mihi utēdos dare posses: sed parū abs te peto ut mi-  
nore negotio impetrē. Quot uerò mihi cōmoditatēs

parua ista pecunia allaturus sis uide: meam existima-  
tionem, ne omnino cleuetur, conseruabis: liberi, ope-  
ra, uxor ne fame pereant, caueris: me in tuo quod  
auunt, ære esse facies. Vbi uicissim, si non pecunia,  
at industria, consilio, literis, si quas modò calleo, tibi  
tuisq; consulere potero, dispeream si non me tuum  
esse dixeris. Vale.

Seruius, id quod et Erasmus obseruauit, enarrans  
orationē illā Iunonis i. i. Aene. Acrole, &c. dicit id qđ  
petimus, possibile, et iustū esse debere: tū modū pre-  
stādi præscribēdū: postremò remunerationē addēdā.

## EXEMPLVM.

Optime uir, est quod à te petam. Sycophanta, quē  
nosti, mihi multis modis molestus est, quare à te peto  
quò illum compefcas, ut molestiarum finem faciat.  
Ecquid uerò iustius, quàm amicū amico aduersus Sya-  
cophantæ oblatrationes patrocinari? Ut uerò patro-  
cineris, nihil facilius: noui enim auctoritatem tuam,  
admone saltem hominem istum, quē nosti, ut lingue  
imperet, ut maledicendi finē faciat: admonebis ue-  
rò ipsum, quam te, ut solet, salutandi gratia access-  
ferit: ego uicissim sedulò quæ uoles faciam.

## IN EPISTOLA PETITORIA

sepe demonstratiuæ Epistole locis utimur.

C. PLINIVS MAXI-

mo Suo S. D.

**Q**uod ipse amicis tuis obtuliffem, si mihi eadē  
materia suppetret, id nūc iure uideor à

te meis petiturus. Arrianus Maturus Altinatium est princeps: cum dico princeps, non de facultatibus loquor, quæ illi large supersunt, sed de castitate, iustitia, grauitate, prudentia. Huius ego cõsilio, in negocijs iudicio, in studijs utor. Nam plurimũ fide, plurimũ ueritate, plurimũ intelligentia præstat: amat me (nihil possum dicere ardentius) ut tu: caret ambitu, ideo se in equestri gradu tenuit, cũ facile posset ascẽdere altissimã: mihi tamen ornãdus, extollẽdusq; est. Itaq; magni æstimo dignitati eius aliqd astruere inopinantis, nescientis, imo etiam fortasse nolentis: astruere autem quod sit splendidũ, nec molestũ, cuius generis, quæ prima occasio tibi, in eum conferas rogo. Habebis me, habebis ipsum gratissimum debitorem: quãuis enim ista non appetat, tam grate tamen accipit, quã si concupiscat.

## COMMENDATORIA.

Qua uel aliquam personam, uel alicuius ingenium commendamus.

Exempla plurima offendes in libro Epistolarum Ciceronis decimo.

CONSOLATORIA EPISTOLA,  
qua aliquem consolamur.

EXEMPLVM.

SERVIVS SVLPITIVS

M. Tullio Cice. S.

**P**ostea quã mihi renũciatũ est de obitu Tullie filie tue, sane quã, pro eo ac debui, grauer

B iij mole

molestiq; tuli, communemq; eā calamitatem existimaui: qui si istic affuisssem, neq; tibi defuisssem, coramq; meum dolorem tibi declarasssem. Etsi genus hoc consolationis minimum, atq; acerbū est: propterea, quia per quos ea fieri debēt propinquos, ac familiareis, ipsi pari molestia afficiūtur, neq; sine lachrymis multis id consari queunt: ut magis ipsi uideantur aliorū consolatione indigere, quā alijs posse suum officium præstare: tamen quæ in præsentia in mentē uenerunt, decreui breui ad te perscribere: nō quòd ea te fugere existimē, sed quòd forsitan dolore impeditus, minus ea perspicias. Quid est, quòd tantopere te commoueat tuus dolor intestinus? cogita quemadmodum adhuc fortuna nobiscū egerit: ea nobis erepta esse, quæ hominibus non minus quā liberi, chara esse debent, patriam, honestatem, dignitatem, honores omneis, hoc uno incōmodo addito, quid ad dolorem adiungi potuit? aut qui non in illis rebus exercitatus animus callere iam debet, atq; omnia minoris aestimare? an illius uicem credo doles, quoties in eam cogitationem necesse est & tu ueneris, & nos saepe incidimus, hisce temporibus non pessimē cum ijs esse actum, quibus sine dolore licitum est mortem cū uita cōmutare? Quid autē fuit, quod illam hoc tempore ad uiuēdū magnopere inuitare posset? quæ res, quæ spes, quod animi solatiū? ut cum aliquo adolescente primario coniuncta ætatem ageret? licitum est tibi, credo, pro tua dignitate ex hac iuuentute generum deligere

deligere, cuius fidei liberos tuos te tutò cōmittere pu-  
 tares: an ut ea liberos ex sese pareret, quos cū flo-  
 renteis uideret, lætarctur qui rē à parēte traditā per  
 se tenere possent? honores ordinatim in Rep. petitu-  
 ri essent? in amicorū negocijs libertate sua uterētur?  
 quid horū fuit, quod non prius q̄ datū ademptū sit?  
 at uerò malū est liberos amittere: malū, nisi hoc peius  
 sit hæc sufferre et perpeti. Quæ res mihi non medio-  
 crē cōsolationē attulit: uolo tibi cōmemorare, si for-  
 tē eadem res tibi dolorē minuere posset. Ex Asia re-  
 diens cū ab Aegina Megarā uersus nauigare, coepi  
 regiones circūcirca prospicere: post me erat Aegi-  
 na, ante Megara, dextra Pyraus, sinistra Corinthus,  
 quæ oppida quodam tempore florentissima fuerūt,  
 nunc prostrata, & diruta ante oculos iacent: Coepi  
 egomet mecū sic cogitare, hem nos homunculi indis-  
 gnatur, si quis nostrū interijt, aut occisus est, quo-  
 rū uita breuior esse debet, cū uno loco tot oppidorū  
 cadauera plecta iaceant. Vis ne te Serui, cohibere, et  
 meminisse hominē esse natū? Crede mihi, cogitatione  
 ea non mediocriter sum cōfirmatus. Hoc idē, si tibi  
 uidetur, fac ante oculos tibi proponas: modo uno tē-  
 pore tot uiri clarissimi interierunt, de imperio præ-  
 terea tāta diminutio facta est, omnes prouincie con-  
 quassatae sunt, in unius muliereule animula si iactura  
 facta est, tātopere cōmoueris? quæ si hoc tēpore nō  
 suum diē obijisset, paucis post annis tamen ei moriē-  
 dū fuit, quoniā homo nata fuerat. Etiā tu ab hisce

B iij rebus



## 24 MODVS CONSCRIBENDI

rebus animū ad cogitationē tuā auoca, atq; ea potius  
 reminiscere, quæ digna tua p̄sona sunt: illā quādiu  
 ei opus fuerat uixisse, unā cum Republica, te patrem  
 suum Prætozem, Consulē, Augurē uidisse, adules-  
 scētibz primarijs nuptā fuisse, omnibz bonis pro-  
 p̄ perfunctam esse: cum Respub. occideret, uita ex-  
 cessisse. Quid est quod tu, aut illa cū fortuna hoc no-  
 mine queri possitis? Deniq; noli te obliuisci Ciceronē  
 esse, & eum qui alijs consueueris præcipere, et da-  
 re consiliū: neq; imitare malos medicos, qui in alie-  
 nis morbis proficiētur se tenere medicinæ scientiam,  
 ipsi se curare non possunt: sed potius, quæ alijs tute  
 præcipere soles, ea tute tibi subijce, atq; apud animū  
 propone. Nullus dolor est, quē nō longinquitas tēpo-  
 ris minuatur, atq; molliat: hoc te expectare tempus tibi  
 turpe est, ac non ei rei sapientia tua te occurrere.  
 Quod si quis etiam inferis sensus est, qui illius in te  
 amor fuit, pietasq; in omneis suos, hoc certe illa te  
 facere non uult. Da hoc illi mortuæ, da cæteris ami-  
 cis ac familiaribus, q̄ tuo dolore mœrent: da patriæ,  
 ut si qua in re opus sit, opera & cōsilio tuo uiu pos-  
 sit. Deniq; quoniā in eā fortunā deuenimus, ut etiā  
 huic rei nobis seruiendū sit, noli cōmittere, ut quisq̄  
 te putet, non tã filiam, q̄ Reip. tempora, & aliorum  
 uictoriā lugere. Plura me ad te de hac re scribere pu-  
 det, ne uidear prudentiæ tuæ diffidere. Quare si hoc  
 unum proposuero, finē faciā scribendū: Vidimus ali-  
 quoties secundā pulcherrimē te ferre fortunā, ma-  
 gnamq;

gnamq; ex ea re te laudē adipisci: fac aliquando intelligamus, aduersam quoq; te æque ferre posse: neq; id maius, quàm debeat, tibi onus uideri, ne ex omnibus uirtutibus hæc una tibi uideatur deesse. Quod ad me attinet, cum te tranquilliorē animo esse cogno uero, de iis rebus, quæ hic geruntur, quæadmodumq; se prouincia habeat, certiorē faciam.

## DE GENERE EPISTOLAE

## Iudicialis.

Hæc constat intētionē, id est, accusationē, cum scilicet alicui crimē obijcitur: et defensionē, cū quis crimen obiectū defendit, & deprecatur. Hic multū refert callere rationes amplificādi crimen, quod alicui obijcitur: refert confutandi rationē habere cognitā.

Verbis, sententijs, figuris.

Loco

Amplificatur res  
à circumstantijs,

Tempore Vide Fabium libro

Persona octauo. Cic. in Par-

Modo tition.

Frequentia.

## RATIO CONFUTANDI.

Aut totum est negandum, quod subiectum est, & fictum ac falsum esse docendum: aut redarguenda ea, quæ pro ueri similibus dicta sunt. Primo dubia esse posita pro certis. Item impossibilia esse, repugnātia esse, absurda dictu esse, inuidia magis quàm iudicio effusa &c.

## EXEMPLA.

Accu

Accusatur amicus stupri.

An ne uerò Iupiter tibi mentem abstulit omnem? Ecquæ te intemperies agit, q̄ Chremetis nostri filie uitium offers? An uerò illud leue crimen est? an uerò tolerandum, q̄ in domo optimè de te meriti, ipso die natalis Christi, puellam istam fame antehac semper integræ, stupras: nec satis est q̄ tu in puella tui dissimilis es, nisi etiã sororibus alijs uidentibus, & supra modum queritantibus, tuam expleas libidinem. Quid de te futurum sit nescio, nisi quòd audio exemplum in te futurum maximum. Bene Vale.

EXEMPLVM CONFUTANDI.

Cōfutatur quidam suspiciōne uulnerati à se uicini.

Ioannes fuit hodie apud me, indicans uicinū Phaniã graue uulnus accepisse, de nullo uerò suspiciōnem coortam, nisi de me. Ego uerò ausim deierare per deos omnes, me esse extra noxam: nam quòd isti dicunt me heri gladio accinctum, & edes uicini præterijisse, non arguit me propterea eum uulnerasse: cum multi alij præterierint non minus armati quàm ego, cur non in eos quoq; recidit suspiciō? Accedit huc, quòd ego heri circiter horam undecimam à meridie domum Phaniæ præterij, & posthac ne semel quidem in publicum progressus sum: quinam igitur fieri potest, ut ego illum uulnerarim, cum constet eum uesperis hora nona uulneratum? Agè uerò quia nam congruit uulneratum illum à me, quem semper parentis in loco habuerim: testabitur ipse, si mihi non

hi non adhibetur fides: nō me fugit, quinā isti sint, qui me hoc nomine traducant: sunt certē mei inimicissimi, qui nihil prius malunt, quā me extingunt. Ex his igitur colliges q̄ falsissimē traducar &c.

Ad hoc epi stole genus refer	}	Querelam	}	que ut nominibus
		Expostulationē		uariāt, ita tractādi
		Expurgationē		rōne ab argumētis
		Exprobrationē		Epistole iudicialis
		Inuēctiuam,		nō multū discrepāt

Exempla in autoribus observa.

DE EXORDIIS

Epistolarum.

Exordia ducuntur à rebus ipsis de quibus scribimus.

EXEMPLA.

Miram sanē rem, & tibi, ut opinor, auditu incun-  
dissimam, non potui non ad te perscribere. Cum sciā  
te rerum nouarum percupidum esse, ea rem ut no-  
uam, ita miram. Mira auditu nuper ad te perscripsi,  
sed audi θαυμαστότερον.

Exordia ducuntur à persona nostra.

EXEMPLA.

Meum erga te animū multis sepe nominibus tibi  
cognitum esse non dubito: scis, opinor, quā patrē  
tuū multis sepe rebus ornarim: non te latet, q̄ toti  
familie tue semper prodesse studuerim &c.

ALIUD.

Si unquā alius de te bene meritus est, me autē be-  
nemeritū esse, negare nō potes: fac te quoq; digna.

Aliud

## ALIVD

Horreo, ita me Christus amet, dicere, q̄ infelicia  
ter cesserit mihi mea profectio. O quam nō ibi cala-  
mitatum uidi. O quam non inopiam expertus sum.

## ALIVD.

Quāuis alij multi hic sine, quos mihi ad futuros  
spero, tu tamen in primis ades, omnium mearū ne-  
cessitatum prora & puppis, quod aiunt.

Exordia ducuntur ab ijs ad quos scribimus. Item  
ab illis de quibus scribimus. Et his exordij generibus  
in Epistola commendatoria autores uti solent.

## C. PLINIVS LIBRO EPISTO

larum ij. C. Pli. Prisco suo.

**E**T tu occasiones obligandi me auidissimè ample-  
cteris, & ego nemini libentius debeo. Duabus  
ergo de causis à te potissimum petere constitui, quod  
impetratum maxime cupio. Regis exercitum amplis-  
simum, hinc tibi beneficiorum larga materia: longiū  
præterea tempus, quo amicos tuos exornare potuisti:  
cōuertere ad nostros, nec hos multos: malles tu qui-  
dem multos, sed meæ uerecundie sufficit unus, aut  
alter, ac potius unus. Is erit Voconius Ro. Pater ei  
in equestri gradu clarus, clarior uitricus, imò pater  
alius: nam hūc quoque nomini pietate successit ma-  
ter: è primis ipse cūterioris Hispaniæ. Scis quod iu-  
diciū prouinciæ illius, quanta sit grauitas, flamen  
proxime fuit: hūc ego cum simul studeremus, arēte,  
familiariterq; dilexi; ille meus in urbe, ille in seces-  
su

*In contubernalis: cum hoc seria, cum hoc iocos mi-  
 scui: quid enim illo, aut fidelius amico, aut sodale iu-  
 cundius? mira in sermone, mira etiã in ore ipso uul-  
 tuq; suauitas: ad hæc ingeniũ excelsum, subtile, dul-  
 ce, facile, eruditum in causis agēdis. Epistolas qui-  
 dem scribit, ut Musas ipsas latinè loqui credas: ama-  
 tur à me plurimum, nec tamen uincitur. Equidẽ iu-  
 uenis iuueni quantũ potui per ætatem auidissimè cõ-  
 tuli, & nuper ab optimo principe trium liberorum  
 ius impetraui: quod quanquã parcè, & cũ delectu  
 daret, mihi tamen tanq̃ eligeret, indulxit: hæc benefi-  
 cia mea tueri nullo modo melius, q̃ ut augeam pos-  
 sum. Præsertim cum ipse illa tam gratè interprete-  
 tur, ut dum priora accepit, posteriora mereatur. Ha-  
 bes qualis, quã probatus, charusq; sit nobis, quem  
 rogo pro ingenio, pro fortuna tua exornes: in pri-  
 mis ama hominem. Nam licet tribuas ei quãtum am-  
 plissimum potes, nihil tamen amplius potes amicitia  
 tua, cuius esse eum usq; ad intimam familiaritatẽ ca-  
 pacem, quò magis scires, breuiter tibi studia, mores,  
 omnem deniq; uitam eius expressi. Extenderem pre-  
 ces, nisi & tu rogari diu nolles, & ego tota hoc epi-  
 stola fecissem: rogat enim, & quidem efficacissimè,  
 qui reddit causas rogandi. Vale.*

*Exempla plurima sunt lib. uigesimo tertio Episto.*

*Cice. Exordia ducuntur ab Officio, Sic Cice. lib. i.*

*Epistolarum: Ego omni officio &c.*

*Ab aduersariorũ persona, si eos in odiũ, inuidiã,  
 cõtem*

## 30 MODVS CONSCRIBENDI

contemptionem adducimus. Hoc exordij genere in Epistola iudiciali uti licebit.

A tempore: ut, *Ecquod unquam de te benemerendi tempus oblatum est commodius? Semper occasionem te mihi arctiore amicitiae foedere adstringendi quaesivi, en iam reperi.*

A moribus: ut, *mos est, ut in his diebus natalitijs amicus cum amico xenijs certet &c. Mos est apud Lipsenses, ut in diebus Bacchanalibus alius alium ad prandium, coenam inuitet &c.*

Exordia sumuntur à sententijs: ut rectè dixit Comicus, *Quot capita tot sensus.*

A uotis. *O quam uellem mihi dari uberrimam de te bene merendi ansam.*

*Si quid uotis proficeretur, optarè ut iam Cræsus alter esses: ut quæ tantos sumptus quotidie ferre cogeris.*

A comprecatione. *Si unquam alias, hoc certè tempore Deus Opti. Maxi, comprecandus est, ut tandem orbis funestis illis disidijs defungatur: alioqui uereor ne prorsus collabatur.*

## SALVTANDI FORMVLAE.

Paulus sic salutatur: *Gratia uobis & pax à Deo patre, & Domino IESV Christo.*

CICERO

Sic salutatur: *M. T. C. Publio Lentulo S. D. Plinius Iunior addit suo. Alias formulas ex Erasmo pete.*

## DE SUPERSCRPTIONE

Epithetorum.

Principum

Principum  
epitheta ferè  
sunt huius-  
modi :

Cæsar Auguste, Rex inuictissime.  
Fortissime imperator.  
Dux illustrissime.  
Clementissime princeps.  
Vir generosissime, præpotens.  
Ornatissime, clariss. splēdidissime.

Opti. Max. quod à Ioue sumptum, quidā in Christiā  
transferūt, in quem uerius cōpetit quā in Iouem.

Magistratum Epi-  
theta sunt hæc :

Consul uigilantissime.  
Senator splendidissime.  
Censor grauissime.  
Aedilis magnificentissime.  
Iudex in corruptissime.  
Prætor integerrime.

Ex his qui  
literas pro-  
fitemur, ap-  
pellare pote-  
ris

Theologos: graues, synceros, absolu-  
tos, sacros, ac diuinos.  
Rhetores: disertissimos, suauiloquē-  
tes, Facundissimos.  
Poëtas: sacros, diuinos, claros, no-  
biles, inclytos.  
Iurisperitos: iuris utriusq; consulu-  
simos, Prudentissimos legum, iuris  
utriusq; iuxta doctos.  
Dialecticos: acutos, argutos, iuictos.  
Medicos: peritissimos, fidos, eximios  
Mixtè doctos: undequaque doctissi.

Cognatorū et affiniū epitheta ferè sunt hæc: Pa-  
ter optime, Mater indulgētissima, Frater charissime,



32 MODVS CONSCRIBENDI

Patruē obseruandē, Vxor suauissima.

Nepos mellitissime. } Gener,  
 Iucundissime. } Affinis,  
 } Sodalis,  
 } Commilito

Ex reliquorum genere, qui nulla certa nota sunt insignes, diuites, & autoritate præstantes uiros appellabimus Optimates uiros, summates, Primarios, Nobiles, graues, grauissimos: Ornatos uirtute, aut eruditione præcellentes, obseruandos, honorandos, colendos, absolutos, eximios, egregios, prudentes, suspiciendos, spectatos, perspicaces, circumspectos.

Matronas } Primarias, optimas,  
 Nobiles, } Integerrimas, probas,  
 } Pudicas,

Puellas } Bellas, amabiles, appellabimus  
 lepidas } Optimè moratas,  
 } Pudicas, mellitas,  
 } Iucundas.

Item adulescentes } Probos, modestos,  
 ingeniosos, } Optime spei, } uocare  
 } Eximie indolis, } licet,  
 } Generose indolis.

Milites, fortissimos, exercitatissimos.

Industrios, solertes,

Opifices. Peritos, exquisitos,

Accuratos,

## DE LOCIS

DIALECTICIS ET

Rhetoricis.

**L**ocus est argumenti sedes, autore Cicerone in Topicis. Argumentum uerò est, quod rei dubiæ facit fidem.

## LOCI PERSONARVM.

**G**ENVS. Cicero in oratione pro Sestio: *Pau-  
grente P. Sestius est natus & sapiente & san-  
cto & seucro.* Chremes in Heaut. apud Teren-  
tium. *Is quòd est consimilis moribus, conuincens facile  
ex te natū.* Vergilius in secūdo Aeneid. *At non ille,  
satū quo te mēuris, Achilles talis in hoste fuit &c.*

**N**ATIO. Cicero in octaua Philipp. *Iudices le-  
gunt Græcos. O confessam iudicum præclarū. Idē in  
Orat. pro L. Sylla. Licet ipsi nos amemus, tamē nes  
calliditate Pœnos, nec artibus Græcos superamus.*

**P**ATRIA. Plinius lib. Epistolarum. *iiij. Episto-  
la quæ incipit, Petis &c. Patria est ei Brixia ex illa  
nostra Italia &c.* Sic Ioannis primo: *A Nazareth po-  
test aliquid boni esse?*

**A**ETAS. Sic apud Terentium. *Amavit dū ætas tulit.  
Itē, Quæ sit eius ætas, uides.* Cicero in Orat. pro Rabirio: *Adfert aliquā deprecationem ætas, qua tū fuit.*

**S**EXVS. Chremes apud Comiciū: *Oh, pergit  
mulier esse.*

C Edu

**EDUCATIO**, & disciplina. *Thais in Eunucho. Terent. Educta ita, uti te illaq; dignū est. Cice. in oratione post reditum ad senatum habita, Habet autem magistros non ex ineptis &c.*

**HABITVS** corporis. *Cice. in oratione pro Roscio: Nonne ipsum caput, & supercilia penitus abrafa, olere maliciam, & clamare calliditatē uidentur? Idem in oratione, qua senatui gratias agit post reditum: Processit madenti coma, composito capillatio, grauibus oculis, fluenibus buccis &c.*

**FORTVNA**. Nec enim idem credibile est in diuite ac paupere: propinquis, clienibus abundante, et his omnibus destituto. *Thais apud Terent. in Eunucho: Imò hæc cogitato, quicum res tibi est, peregrinus est, minus potens quàm tu, notus minus, amicorum hic habens minus.*

**CONDITIO**, in qua distantia est, clarus an obscurus, magistratus an ciuis, pater an filius, ciuis an peregrinus, seruus an liber. *Terē. in Phor. Seruū hominē leges orare non sinunt. In Eunucho. An paululum est uirginem uiuare ciuem?*

**ANIMINATVRA**. Etenim auaritia, ira, iracundia, misericordia, crudelitas, seueritas, afferūt frequenter fidem, & detrahunt. *Cicero. in oratione de responsis Aruspiciū: Non feci iratus, nihil impotenti animo, nihil non diu consideratum.*

**VICTVS**. Nā frugi an sordidus sit queritur. *Cicero p Roscio. Qua in re pretereo illud, qd' mihi*  
maxi

maximo argumēto ad huius innocentia esse poterat: in uictu arido, in hac horrida incultaq; uita, maleficia gigni nō solere. Simo apud Terentiū in Andria: Primum hæc pudice uitam, parè ac duriter agebat.

STVDIA. Cice. lib. Epistolarū decimotertio, Lampridē in eo genere studij, literarumq; uersatur, satis facere immortalitati cupit &c.

## LOCIRERV M.

Finitio, quæ est cuiusq; rei naturā breuiter et absolute cōplectens oratio. Hæc cū re definita cōuertatur oportet: ut, si animal rationale est, igitur homo est: sicut homo, igitur animal rationale. Tumultus est perturbatio tāta, ut maior timor oriatur. Ci. in octaua Philip.

## LOCI DIALECTICI.

Ab etymologia, id est, nominis interpretatione. Ci. in prima Verrina actione: Sed repēte ex homine, tāquā aliquo Circeō poculo, factus est Verres. Ci. in undecima Philippic. Lysidicū ipsum in Græco uerbo, qui omnia iura dissoluit. Idē in primo Officiorū: credamus, quia fiat quod dictum est, appellatam fidem.

A finitione, quæ essentiam rei explicat: ut, animal rationale est, igitur homo; adfectus bonus est, igitur uirtus.

A finitione causas notatæ: exortus solis est, dies igitur est. Item, lex est quæ populus Romanus senatorio Magistratu interrogatæ, ueluti consule, cōstituebat.

A finitione ex accidētibus: ut, Psittacus est auis uiridis, rostro adunco, torque insigni in senecta, quæ

altero pede cibum tenens uestatur.

A genere: quod ad probandam speciem minimum ualet, plurimum ad refellendam. Ut non sequitur: bellum est, ergo tumultus. Cice. in octaua Philip. potest enim bellum esse sine tumultu, tumultus esse sine bello non potest.

A specie ad genus, ut iustitia est, igitur uirtus est: tumultus est, igitur bellum est.

A differentia, qua genus diducitur in species. A differentia equaliter infertur & remouetur species, quam constituit. Genus autem cōprobatur, non improbatur: nā si sentit, est animal: si ratione caret, homo non est. Ratione caret, igitur & animal est. Nam si ratione caret, non statim animal non erit. Ci. in decimatertia Philippica: Sed quoniam ab hoc ordine, non fortitudo solū uerum etiā sapientia postulatur, quāquam uix uidentur hęc posse seiungi, seiungamus tamen. Fortitudo dimicare iubet, iustum odium incendit, uocat ad periculum. Quid sapientia? cautiōribus utitur consilijs, in posterum prouidet.

A proprio: Si tyrānicidæ propriū est tyrannū occidere, hic tyrannū occidit, igitur premio donāus.

A toto inferuntur partes, non remouentur, ut, Si tota respub. consilio gubernanda est, ergo et domus & unusquisq; ciuium. Aliquando si partes uniuersę colliguntur, totum inferunt: si uniuersę remouentur, totum auferunt, ut Parietes sunt & tectum, igitur domus est.

A causa

A causa efficiente, id est, aut persona aut re efficiente aliquid, ut si sapientia uirum bonum facit, ipsa bona est: & Si uoluptas insaniam gignit, igitur fugienda.

A materia, qua sublata, effectus necessario auferatur, ut: Lignum nullum habuit, nec naues igitur potuit fabricare.

A forma, id est, ipsius materie specie.

Vergilius.

Quoniam tibi pocula ponam

Fagna, cœlatum diuinum opus Alcimedontis.

Lenta quibus torno facili superaddita uitis,

Diffusos hedera uestit pallente corymbos:

In medio duo signa, Conon, et quis fuit alter &c.

A fine. Felicitas est expetenda, igitur & uirtus.

Non malum est uiuere, igitur nec comedere. Bona est pax, igitur & bellum uile.

Ab usibus, tueri uitam licet, igitur et gladiū ferre. Veterem Theologiam scire pulchrum, ergo & Poëtas didicisse, pulchrum erit.

A pugnantibus. Virius est, igitur malicia non est.

A priuatiue oppositis, ut Cæcus est, nunquam igitur uidebit.

A contrariè oppositis, Si amandus qui bene meretur, odio persequendus, qui malè. Si fides iustificat, opera iustificare qui possunt?

A relatiue oppositis. Si fateris à me tibi creditam pecuniam, ergo debes.

A conradiatorijs. Petrus scribit, Petrus non scribit.

A coniugatis (Coniugata nomen acceperunt, quòd uerba uocis similitudine, sub unum quasi iugū sunt deuincta) apud Terent. in Heau. Homo sum, humani nihil à me alienum puto.

A disparatis (Disparata sunt, quæ genere distant, uel sub eodē genere posita, diuersis differentijs uel proprijs efferūtur) ut si homo est, igitur non est asinus. Tu cū decem pondo argenti posueris, qua fronte auri tantundem repetis?

A casibus (nā Aristoteles locum illū à coniugatis separat) ut, si ingratitude turpis est, igitur turpiter facis, qui benemerito gratiam non rependis.

A diuisione, quæ fit aut per negationē aut partitionem. Per negationem hoc modo: aut utile est bellum indicere, aut non: Sed non est utile bellum inferre, igitur quiescere utile est. Per partitionem: Totus monstrum est, oculi, pedes, manus, labra monstrū præ se ferunt, igitur &c.

Ab adiunctis, sic Cice. docet Catilinam malū aliud quod publicum meditari, quoniam angustia rei familiaris prematur. Colligit Hasdrubal apud Varū fluminem, auctas esse copias Romanorum, quoniā strigosiores equos, coloratiora corpora uidet. Itē, si Poëta est, igitur lasciuus. Ab antecedentibus: ut, Clodiuū ait Cicero dixisse, Milonem triduo periturum. Item Clodium secum habuisse comites.

A consequentibus. Sic aliquem admisisse eadem proba

probabimus, quòd fugam uel latebras, uel arma circumsperet.

A IUDICIO uel autoritate. Cicero pro Cn. Plancio: Etenim Marci Catonis illud quod in principio scripsit Originum suarum, semper magnificum & præclarum putauit, clarorum uirorum atq; magnorum, non minus quàm negotij rationem extare oportere.

LOCI RHETORICI.

A SIMILI. Cicero in octaua Philippi. In corpore si quid eiusmodi est, quod reliquo corpori noceat, uri ac secari patimur, ut membrorum aliquid potius, quàm totum corpus intereat: Sic in Reipub. corpore ut totum saluum sit, quicquid est pestiferum amputetur.

A MAIORI. Parenti non obtemperat, & audiet alienum? Qui fallere insueuerit patrem, tanto magis audebit ceteros, apud Comicum.

A MINORI. si furem cedere licet, ergo et latronem. Hic parue consuetudinis causa, mortem huius tam fert familiariter, quid mihi faciet patrie in Andria.

EX PARI, si lex parricida damnat, ergo & matricida: si patri in filium ius est, igitur & in filiam.

Ab exemplo quod aut	}	Simile	}	Est.
		Contrarium		
		Maius		
		Minus		

SIMILE, Iure occisus Saturninus, quonia &  
C iiij Grae



Gracchus. Vide Ciceronem pro Milone.

**CONTRARIUM.** Brutus filios proditionem molientes occidit, Manlius uirtutem filij morte mulcauit. Marcellus ornamenta Syracusis restituit. Verres eadem socijs abstulit.

**MAIUS.** Si propter matrimonium uiolatum, Troia funditus excisa est, quid fieri adultero patet est?

**MINUS.** Tibicines cum ex urbe recessissent, publicè sunt reuocati: Ciuitatis primores qui bene de Repub. meriti sunt, ab exilio non reuocandi sunt? Cic. pro P. Sestio. Ergo hominis desperati & proditoris Reipub. casum lugebunt fortasse qui uolent: Ciuis florentissimi, & optime de Repub. merui periculum lugere senatui non licebit?

**A LOCO.** Cice. in quinta Philipp. Illud uerò deterrimum auditu, non modo aspectu, in cella Concordiæ collocari armatos, è templo carcerem fieri.

**A TEMPORE.** Nunc hæc dies, aliam uitã, alios mores postulat.

### EXEMPLA STATVVM

#### QVID STATVS?

Est summaria sententia de qua litigatur.

#### QVOT STATVS?

Tres. Coniecturalis, Finitiuus. Qualitatis.

#### CONIECTVRALIS CVR?

Quia coniecturis quibusdam nititur.

#### RATIO STATVS.

Conie

Coniecturalis.

Loci accusatoris sunt.

Voluntas,  
cuius duo  
loci :

Personæ qualitas.

Causa inducens ad suscipiendum facinus: cuius quoque loci duo :

Impulsio, est affectus animi, ira, &c.

Ratiocinatio, quæ à spe commodorum ducitur.

Comprobatio, cum docemus ad solum reum pertinuisse commoda.

Potestas, quæ circumstantiis constat, loco, tempore, uiribus & signis.

### EXEMPLVM EST

In oratione Ciceronis pro Milone, quod nisi bene longum esset, adscripsissem.

### EXEMPLVM STATVS

Coniecturalis.

**C**onquestus est apud me iudices, Phania uicinus meus, sibi die abhinc tertio, dum in templo sacris adest, domi ducentos aureos ex arca surreptos: consulitque me, an ne ego qui tantum facinus facere ausus sit, suspicer. Ego quamuis non soleo suspicionibus homines infames reddere, tamen cum ille adeo impo-

tenet

**Captat benevolentiam à necessitate, qua ad accusandū cōpulsus sit.**

tenter ducentorum aureorum iacturam ferret, non potui non meas suspiciones in illius sinum effundere, quæ cum homini mīre probabiles uiderentur, instat, urget, imperat, ut eas apud uos iudices rememorare: si quid, iudices, hac in re à me peccatur, non tam meæ importunitati, quàm improbis amici precibus, imputate. Ad hæc, si suspiciones meæ, quas amicus ille dolore fortasse amissæ pecuniæ magis, quàm iudicio probauit, nō consentaneæ uidebūtur, quæ uestra est facilitas, utriq; nostrum ignoscite: illi, q; dolore uictus, cōiecturæ euanidas apud uos me exponere cōegerit: mihi uerò quòd amico tam improbe à me istud qualecunq; est officiū postulāti, negare nō potuerim.

**Proposuit cōiecturæ.**

Sed iam in rem præsentem ueniamus: Habitat in uico Sceleris quidā nomine Verres, qui mihi, ni prorsus coniectura fallor, illam, quantaquanta est, pecuniam surripuisse uidetur: nam ab ineunte ætate incredibili furandi studio fuit, & se hac una arte, homo conditionis malignæ, aluit. Et ut propius ad rem accedā, In ipsis ferijs Apostolorum, Petri & Pauli,

**A qualitate persone.**

mihi è tēplo recta domum redeunti, in platea Petri, Verres ille fit obuiam, qui ubi me uidet, ilico rubeſcit, multū demittit, haud dubie lubenter per aliā uia deflexurus, si per pudorem ausus fuisset. Cū ad hominem propius accedo, illū saluto, quò eat, quid rerū portet (nam erat suffarcinatus) percontor: ille nescio quid submurmurans, à me abit. Cum domū aduenio, rumor ad meas accedit aures, uicinū nostrū

**A signis.**

Phani

Phaniã, ducentos aureos ex arca perdidisse, ibi ego illico mecum. At at, Verres ille, si quispiam alius, illos aureos sublegit. Coniunctura multa. Coniectura Initio q̄ Phania dũ sacris adest, nemine domi relicto, rã multa. reperta domo reclusa, nisi q̄ pessulum suo loco motum uiderat, aureos illos subtractos fatetur: deinde q̄ uix ullus in tota urbe sit, qui in Phania domo crebrior fuerit: q̄ uix ullus hic degat, cui Phania crebrius suas opes ostentari: adeo etiã, ut Phaniã crebrò monere uoluerim, ne uulturi famelico prædã alicui ostentaret: sed repressi me, ne sibi Verrẽ omnũ horarũ, ut crebrò dictabat, hominem inuidere uiderer. Postremo, quoniam Verres ille, quouis Iro Homericopauerior, breui nescio quo modo, Crassi opes ostentare cœpit: è pannoso bene uestitus prodijt: ille, qui olim olera et pisciculos minutos emebat sibi in prandiu, in cœnã, is nũc optima queq; obsonia, optimos quosq; pisces, penè dixerim, Murenas, Acipenseres emi: ille, qui olim omnũ mensarũ affecla erat, is iã alios ad prandiu, ad cœnam inuitat. Vnde hanc subito metamorphosim, homini accidisse putatis? sapientibus ludicibus sat dictum est. Accedit huc q̄, cũ antehac ad molestiam usq; cum Phania fuerit, interdum ducenti aurei desiderantur, ne semel quidem adfuit. Quid multat cum nuper cũ Phania pranderet, homo uini plenus, euomit sibi ciuem quendã, ut oppido quã opulemũ, ita per familiarẽ cognitum esse, cũ hoc se breui diuidere uelle; nam iniquũ esse huic

A consuetudine crebra

A rara consuetudine.

#### 44 LOCI DIALECTICI

huic tã multa superesse, sibi uerò tam multa deesse.  
 Hic uerò uos appello, iudices, an nò ille Phania sit,  
 quocum Verres ex equo diuidere uoluerit? Quid mo-  
 ror? si uerũ est, quod uulgo dici solet, Malus coruus  
 malum ouum, non dubito quin ille autor furii sit:  
 cum tam auum quàm proauum, patrem q̄ matrẽ, in  
 eodem ludo doctos ad furtum habuerit. He sunt cõ-  
 iecturæ, Iudices prudemissimi, quæ faciunt ut Vera-  
 rem Phaniæ meo uicino suos aureos sublegisse suspi-  
 cer, quæ si aliquid momenti habent, oro quæ est ue-  
 stra iustitia, ut in illo exemplum edatis, ne nostra bo-  
 na sui similibus lupis prædæ sint. Dixi.

#### STATVS FINITIVVS

Est cũ de rei alicuius finitione certatur. Porrò tra-  
 ctatur locis dialecticis, à genere, differẽtia ductis.

#### EXEMPLA.

Cicero in nona Philippica:

At in quo fuit controuersia? belli nomen ponẽdũ  
 in sententia quidam nò putabant, tumultũ appella-  
 re malebant: ignari non modo rerum, sed etiam uer-

A specie borum. Potest enim esse bellũ sine tumultu, tumultus  
 ad genus. esse sine bello non potest. Quid est enim tumultus  
 Finitio tu nisi perturbatio tanta, ut maior timor oriatur? unde  
 multus. etiam nomen ductum est tumultus. Itaq; maiores nò  
 Ab ety. stri tumultũ Italicum, quòd erat domesticus: tumul-  
 mologia. tum Gallicum, q. erat Italiæ finitimus, præterea nul-  
 A disse- lum tumultũ nominabant. Grauius autẽ esse tumultũ,  
 renia. quàm bellũ, hinc intelligi licet, quòd bello Gallico

uacationes ualent, tumultu non ualent: ita fit, quæ admodum dixi, ut bellum sine tumultu possit, tumultus sine bello esse non possit. Etenim cū inter bellū, & pacem medium nihil sit, necesse est tumultum si belli non sit, pacis esse, quo quid absurdius dici aut existimari potest? Sed nimis multa de uerbo &c.

## EXEMPLVM ALTERVM.

Aliquis sustulit è sacro pecuniam priuatam, quaeritur an sacrilegium admissum sit.

**N**on possum satis mirari, iudices, homines nescio quos stupidos, Myconium Callidemidē sacrilegij reū peragere, q̄ nuper, nescio quibus furijs impulsus, pecuniam priuatam è loco sacro surripuerit. Et ne multis in re nulli nō exposita argueretur, si uerbum ipsum sequi uolumus, intelligamus necesse est, eum sacrilegium commississe, qui rem sacram è loco sacro surripuerit. Audite obsecro audite, sacrilegium furtum quidem est, sed non qualecunq; cuius rei igitur? rei sacræ. Cum uerò Myconius ille pecuniam priuatā subtraxerit, iniuriū est illum sacrilegij condemnari. An nō uerò iniuriū est eum adulterij accusare, qui cum sua ipsius uxore cōcumbat? An ne iniurium ei peculatus crimen obijcere, qui non ærarium Reipub. compilauit, sed qui altæ cui arcam nummariam exenterarit. An non igitur & iniuria maxima est, eum ut sacrilegum, igni destinari, qui in loco quidem sacro furtum commisit, sed nihil sacri abstulit? Veteres sanè, huiusmodi fu-

*Amplificat.* res appellarunt, sed sacrilegos non unquam. Quid igitur accusatores, omiſſa uerbi propria ſignificatio-  
ne, non habito ueterum Iuriconſultorum reſpectu,  
Myconium illum ut ſacrilegum traducunt? accuſant?  
Vos iudices, qui non ignoratis quemlibet pro ſui de-  
licti genere pœnam dare debere, queſo ne iſtis accu-  
ſatoribus, uocum quibus toties legum latores utun-  
tur ignaris, patefaciatis aures: reum iſtum furẽ eſſe  
ſe negare non poſſum, ſed ſacrilegum eſſe, fretus  
uocis proprietate, fretus legiſlatorum uetiſſiſſimo-  
rum autoritate, inſiciari merito poſſum.

STATVS QVA-  
litatis.

In hoc, iure an iniuria factum ſit, queritur.

CVIVS LOCI SVNT,

Natura, lex, conſuetudo, æquum & bonum, iudi-  
dicatum, pactum.

EXEMPLA.

Exemplum oratio Ciceronis pro Milone ſuppedi-  
tat: quod ſubiiciſſem, niſi me prolixitas deterruiſſet.

EXEMPLVM MEVM.

*A natura.* Chremetem à Polyphemo occiſum eſſe inſicias ire  
non poſſum, ſed iure ab illo occiſum niſi probaue-  
ro, quiduis patiar. Enimuero natura ita comparatum  
eſt, ut ſibi quiſque melius malit, quàm alteri. Iã uerò  
cum Chremes Polyphemum nil tale ſuſpiciantem, in  
foro ferro prior opprimeret, Polyphemus quoq; ad  
arma uenit: & cum Chremes nullum ferendi, nec  
modum

modum nec finem faceret, uelletq; aut uincere aut  
 uinct, Polyphemus se quàm illum incolumem uult, et  
 Chremetem obruncat. Accedit huc lex illa, nullis nõ  
 iuriconsultorum libris prodita: Vim ui repellere li-  
 cet. Polyphemus cū ui uim repulerit, cur obsecro il-  
 lum ad supplicium rapere uult? Quid? quod longo  
 iam tēpore, in hac urbe toleratum est, ut si quis ci-  
 uiti uim à suo corpore depelleret, illi impune esset.  
 Exemplis agerē, nisi comperitius esset, quàm ut pro-  
 bato opus sit. Et, ut quod sentio dicam, uidetur mi-  
 hi non parum è Repub. uestra esse, quod non teme-  
 re in illos animaduertitis, qui uim ui propulsant.  
 Ecquis altoqui uel in urbe tutus ageret? Ecquis tutò  
 iter faceret. I E S V bone quanta ad grassandū fe-  
 nestra Sicarijs illis aperiretur. Deniq; memoria repe-  
 to et maiores uestros, et uos se penumero T literā il-  
 lis pronūctasse qui ui coacti necem patrauerant.

A lege.

A consuetu-  
dine.Ab equo et  
bono.

A iudicato.

Loca quedā cum suis autoribus cōferēdo,


Pagina, uersu. Sic inuenimus,


- |    |         |                                    |
|----|---------|------------------------------------|
| 4  | 25      | Maurico suo                        |
| 5  | 6       | Aruleno rustico                    |
|    | 7 & 8   | Minutius Acilianus                 |
| 5  | 12 & 13 | & Frugalitatis antiq̄e retinet as  |
|    | 14      | Minutius Macrinus                  |
|    | 15      | Adlectus enim à diuo Vesp̄.        |
|    | 18      | Serranā procul à me mun            |
|    | 24      | & industrie: q̄q̄ in maxima        |
| 11 | 1 & 2   | Annis Ninus Cybiratarū iugis ortus |
|    | 17      | Mons Aetna nocturnis               |



1859290







6572. 12

